*invenio.]* Observatione

dignum putat Simpli-

cius, quod Epictetus cap.

quarto, & deinceps, cre-

bro utatur verba ΜΕ-

ΜΕΝΤΟ, quo rationis

compotem animū com-

pellat. Etenim is ratio-

nes rerum semper con-

junctas habet, earumque

quasi innatam veritatem

circumfert: sed aliquan-

do, velut deficiente acie,

ob distractionem ejus fa-

cultatis, in oblivionem

ruit; quæ ipsi malorum

omni-



284 NOTÆ IN  
omnium causa est. Ideo-  
que flagitat, ut illud M E-  
M E N T O crebro ei ad  
aures accinatur.

*Ad cap. VII.*

Lin. 3. Μετά τις ὅτι τὰ πα-  
ρὰ φύσιν ἢ ἐκ τῆς φύσεως. *Trans-  
fer in ea, quæ natura illo-  
rum repugnant, quæ in no-  
stra potestate vel nostri ar-  
bitrii sunt.]* Hæc rudiori-  
bus obscura videtur, quæ  
dilucidiora essent, si ita  
scripsisset: Aversare fal-  
sas opiniones, quæ sunt  
in nostra potestate, stul-  
tas etiam & pravas cupi-  
ditates, turpitudinem &  
dedecus. Hæc enim ut  
fugere, ita quoque effu-  
gere

tere poteris. Cap. 72, l. 1.  
 la docet esse signa profi-  
 cientis in Virtute.

Lin. 9. Τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν ὅσον  
 ἐρέσθαι καλὸν ἂν, ἐδ' ἐν ἐδέπω σοι  
 σάρεσι. *Ea vero, quæ nobis  
 parent quatenus rectè pos-  
 sint expeti, nondum es asse-  
 cutus.] Satis apparet, au-  
 tori huic negocium esse  
 cum tirone philosophiæ  
 initiando, quem vult A-  
 cademico more ἐπέχειν καὶ  
 διασκέπειν, cohibere af-  
 sensū, & amplius delibe-  
 rare: & in ea ἐποχῇ ἐλεί-  
 πειν μᾶλλον ἢ πλεονάζειν:  
 hoc est, potius citra resi-  
 stere, quam ultra progredi,  
 ut monet Isocrates.  
 Quam-*

Quamobrem utitur Epi-  
 ctetus tribus hisce voci-  
 bus, κέφως, leviter, ἀν-  
 ῥήτως, remisse, μεθ' ὑπερ-  
 αἰρέσεως, cum imminu-  
 tione, eodem tere sensu.  
 Est enim ὑπερ-αἰρέσεως, cum  
 paullum aliquid affectui  
 subtrahitur. Significat  
 vero, vitandum esse juve-  
 nile illud vitium, quo ni-  
 mium in aliquam partem  
 mortales inclinant. Hanc  
 fuisse autoris mentem, se-  
 quentia docent. Sic ita-  
 que Simplicius. Propen-  
 dere & abhorrere leviter  
 & remisse jubet, καὶ μεθ'  
 ὑπερ-αἰρέσεως, h. est, sic ut  
 non nihil laxetur, & non  
 ad

ΕΡΙΣΤΕΤΙΜ. 287

summum extendatur  
petitus & declinatio,  
openfio & averfio.

*Ad cap. VIII.*

Lin. 6. Α<sup>ν</sup> χύτεαν σέργης.

*Collam diligas.*] Etsi Epi-  
tetus, ut contemptor di-  
nitiarum, vilium rerum  
empla refert, ut balnei,  
lactucarum, & aliorum  
genus: tamen Simpli-  
us aptius, ut opinor,  
verbum habet, αν χύτεαν  
σέργης, οπι χύτεαν σείδς: Si  
illam tractas aut agitas,  
collam tractare: hoc est,  
m fragilem, & agita-  
tionis atq; allusionis im-  
bitientem, ut & vitrum.  
nde Mimographus: for-  
tuna,

tuna, inquit, vitrea est  
 quæ cum splendet, fran-  
 gitur. Fortassis allusit ad  
 dolium Diogenis. Quod  
 modo vero in hisce subli-  
 mior pateat sensus, appa-  
 ret exemplo filii, quod  
 post utitur auctor.

*Ad cap. IX.*

Lin. 9. Τὸς ὑποπέροντας. *A-*  
*lios perfundi.]* Id est, de-  
 stillantes. Alii legunt, ὑπε-  
 ραίνοντας, sese perfundentes,  
 eodem sensu.

Lin. 7. Ἐγκρομήεις. *Loco*  
*pellii.]* Id est, ἐνοχλημήεις  
 quibus negotium faceffi-  
 tur. Alii ἐγκρομήεις, id est,  
 ἐνθεμήεις: eos qui premun-  
 tur, aut loco pelluntur.

Lin.

ΕΡΙΣΤΕΤΟΜ. 289

Lin. 12. Περί φύσεως καὶ φύσεως.

stitutum naturæ congru-

s.] Id capite trigesimo

osteia, l. 4, appellat εἴσεσι.

quem locum vide.

*Ad cap. X.*

Lin. 5. Επεὶ καὶ Σωκράτης ἀν-

είρετο. Nam ita & Socra-

visum fuisset.] Syllogi-

smus talis est. Quæ natu-

ra terribilia sunt, omni-

bus terribilia videntur.

It natura calida, frigi-

da, pulchra, & alia id ge-

neris, omnibus talia viden-

tur, iis præsertim quorum

natura integrior est, &

prudencia major. Mors

non omnibus videtur ter-

ribilis; nam Socrati visa

T non

290 NOTÆ IN

non fuit, qui, cum effu-  
re posset, sustinuit tam  
Vide Simplicium.

Lin. 13. Α' παιδ' ὄντι ἐπ'  
Ineruditi est.] Id est, ej  
qui non consideret, q  
sui, quæ alieni juris su  
qui omnia suo arbitra  
fieri postulet: id quod fi  
neque potest, neque fo  
tasse debet. Hic simp  
cius novum τμήμα ορο  
tur, quamvis in con  
mentariis dicat cohære  
cum superiori.

Lin. 15. Τὸ ἑαυτῶν. Se ipsū  
Agnoscit enim culpā su  
simulque in id intentu  
est, ne denuo ad eundem  
lapidem impingat: he  
es

ΕΡΙΣΤΥΤΟΜ. 291

t, ne alienarum rerum  
sibi arroget. Nam in  
quod præcedit, τὸ ἄλ-  
λῃς ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτῶς  
ἐλάσσει κακῶς, voces (ἄλ-  
λῃς, & αὐτῶς) suam ha-  
ent ἔμφασιν. Dilucidius  
31. l. 5, id ipsum effert:  
ter alium te non magis  
calamitate esse posse  
quam in vitio: hoc est,  
cum solum esse calami-  
tiosum, qui male sentiat  
vivat: non eum, qui  
negligatur, aut male tra-  
ctetur ab aliis.

*Ad cap. XI.*

Lin. 1. Ε'πὶ μηδενὶ ἑπαρθῆς  
καλοτεία ὑπερῆματι. Nulla  
aliena præstantia effera-

T 2 ris



292 NOTÆ IN  
*ris animo.*] Quid  
bo ἐπαρθῆς indicet, op  
est cognoscere. Qui  
non significat, per ab  
gantiam efferri; ut in ia  
lam sæpe partem ea ves  
utimur. (alioqui non la  
deret, ut nostris & v  
bonis efferremur.) N  
igitur simpliciter ἐπαρ  
prohibet, sed alienis  
nis. Videatur Simplicit

Lin. 9. Χρῆσις τῆ φαντα  
*Vsus visorum.*] Hoc dic  
in omnibus rebus  
appetitum aut popu  
rem opinionem, sed  
tionis iudicium sequ  
dum. Visis enim rec  
uti, quid est aliud, qua

rebus omnibus recte  
 dicare, & rationi pare-  
 re, non affectui?

*Ad cap. XII.*

Lin. 6. Τετάρτῃ δὲ δὲ πῶ  
 νοίαι ὅτι τὸ πλοῖον. *Animo*

*navigiū intento.*] Aliter  
 gitur, τὰ πείθει δέ σε, or-  
 nare vel componere te.

sed prius est ἑμφατικῶς πρῶτον.  
 significat enim illam

inimī propensionem sive  
 extensionem, qua in rem  
 aliquam quasi rapimur,

sicut extendimur. Navem  
 philosophiā, sive vitæ  
 institutum vocat: guber-

natores vero Deum: cui  
 vocanti qui non pareat,  
 sicut pro mancipio tracte-

T 3 tur,

294 NOTAE IN  
tur, aut plane deseratur

Ad cap. XIII.

Lin. 7. Χάλασις ποδός ἐστὶν  
ἐμπόδιον, προσωπίσεως δ'

*Claudicatio pedis est impedi-  
dimentum, non institutio.*

At dicis, instituto con-  
ficiendi itineris (præsertim  
si jumentum aut vehicu-  
lum desit) obstat claud-  
catio. Respondebit Ep-  
ctetus: si præceptis me  
parueris, non instituo  
iter, quod conficere non  
possis. Sic quo plura  
majora fuerint impedi-  
menta corporis, eo magis  
appetitum contrahes  
paucioraque suscipies  
Egregiam hujus ænigma

τι

ΕΡΙCΤΕΤUM. 295  
sive parabolæ. seu ma-  
s allegoriæ, explicatio-  
em qui desiderat, adeat  
mplicium.

*Ad cap. XIV.*

Lin. II. Οὐ συναρπάσουσιν  
φαστασία. *Visis non ob-*  
*temperabis.]* Ad verbum,  
ὁ corripient te visa, quæ  
δωλα vocant Græci com-  
muniter. Hoc est, neque  
voluptati, neque dolori  
succumbes: sed pravas  
cupiditates atque affe-  
ctiones sapientiæ virtu-  
tumque præsidio supera-  
bis.

T 4      *Ad*

*Ad cap. XVI.*

Lin. 6. Κρεῖσσον ὧς λιμοῖ δὲ  
 δυνεῖν, ἄλυπον ἢ ἄφεσον ὧ  
 μῦθον. *Præstat enim perire*  
*fame, timoris ac molesti-*  
*æ expertem.] Vel, ubi doloris*  
*ris & timoris expertis ev-*  
*feris. Quæri non injun-*  
*possit, tantane constanti-*  
*cadat in fragilitatem hu-*  
*manam, ut Saguntin-*  
*(quod ajunt) fame non*  
*afficiatur? Deinde, quod*  
*de puero dicit, nisi ita in-*  
*telligatur, ut tum de-*  
*num ejus cura abjiciat-*  
*tur, cum neque verbis*  
*neque verberibus quicquam*  
*quam profeceris, videbis*

tur

ΕΡΙΣΤΕΤΟΜ. 297

per plena inhumanitatis  
ratio.

*In cap. XVII.*

Lin. 11. Καὶ ἔχ' ἔταις ὄσιν  
καλῶς. *Neque vero ei  
bene sit.] Videtur po-  
tius ἴστω vel εἴη legendum;  
sic sit sententia, contemni  
potius puerum oportere,  
quam ejus sive contuma-  
cia sive inscitia commo-  
deri. Absit, inquit, ut tu  
commovearis, cum stul-  
tus & improbus puer, si-  
cut ex inscitia, sive de in-  
dustria, peccaverit.*

*In cap. XVIII.*

Lin. 1. Εἰ ἀρετῆς θέλεις.  
*si proficere vis.] In philo-  
sophia & animi cultura.*

Τ 5 Eam

Eam enim θεωροῦν  
 profectum intelligit, quod  
 tranquillitas animi &  
 libertas augeatur.

Lin. 2. Ὁ πρόμηνος ἐνεργεῖ  
 εἰς τὸς ἀνεξέδοξαι. Ne recusat  
*propter externa videri  
 mens.]* Qui enim volu-  
 ptates, opes, honores ma-  
 nus curat, praesertim  
 illa consequi liceat: vultus  
 go stultus habetur; quod  
 etiam docet Apostolus  
 gentium. 1. Cor. 3.

*In cap. XXI.*

Lin. 13. Ἄξιός ἐστι θεῶν συ-  
 νότος. *Diis dignus compa-  
 rator.]* Significat: externarum  
 rerum despicientiam  
 divinum esse quiddam,

re

ΕΡΙΣΤΕΤΟΜ. 299

addere Deo similem.

Lin 20. Θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐ-  
φροντο. *Divini ut erant, ita*  
*diciebantur.*] Ὑπερβολικῶς  
dicitur.

*In cap. XXIV.*

Lin, 5. Καὶ λέγε, ὅτι, Τέτων  
θεοὶ ἐδὲν ὀπισμαίνεταί. *Et*  
*dic : Nihil istorum mihi*  
*orteditur.*] Hic aperte in  
ortos Platonis digredi-  
tur, qui animam tantum  
olebat esse hominem.

*In cap. XXV.*

Lin. 1. Ἀνίκητος εἶδύα-  
ται. *In victus esse potes.*] *Hoc dictum pendet è di-*  
*visione rerum, initio fa-*  
*cta. Vincuntur, qui res a-*  
*enas expetunt: hoc est,*  
eas,



300 NOTÆ IN  
eas, quæ ad corpus per-  
tinent, & in manu fortu-  
næ sunt. Vincunt qui pra-  
vas opiniones & cupid-  
tates oppugnant, mod-  
legitime certent.

*In cap. XXVI.*

Lin. 6. Εἰ δὲ ἐν τῷ ἐν τοῖς ἐκ  
ἡμῶν ἡ ἰσὶα τῆ ἀπάθει. *Notæ*  
s; in rebus nostra potestas  
subjectis vis tranquillitatis  
constiterit.] Η ἰσὶα τῆ ἀ-  
πάθειας, idem quod, αὐτῆ  
ἀπάθεια. quam, Cicero  
nem secuti, indolentiam  
vocemus licet. Sententia  
est, etsi verbis obscurior  
ribus, more Stoico, prolata:  
Eum qui bona omnia  
à se ipso petat, animo esse

fe

ΕΡΙΚΤΕΤΟΥΜ. 301

tranquillo : qui tran-  
quillo animo sit, eum nec  
videre nec æmulari.

*Ad cap. XXIX.*

Lin. 8. Σὺ δὲ ὄφρῶν μὴ μὴ

is. *Tu autem supercilium  
e habeto.] Vultum cogi-*

bundum, tristem severi-  
tatem, ac fastum, per su-

percilium intellige. Hunc  
vultum fuisse philosopho-

rum habitum, è Menan-  
dri dictorio apparet : εὐ-

πικρὸν (inquit) εἶναι φασὶ  
λέγειν οἱ τὰς ὄφρῶν

ἰσχυροὺς : Meditationi a-  
maram esse ajunt solitudinē

in qui supercilia erigunt.

*Ad cap. XXX.*

Lin. 1. Εἰ ἂν ποτέ σοι γλύσῃτε

ἔξω

302 NOTÆ IN  
 ἔξω σεφύωα. Si quando  
 bi acciderit foras versa  
 Gloriolæ cupiditatem  
 ostentationis studium  
 vetat: qui affectus rare  
 sine, in bonis & doctis  
 etiam viris, senescit: quod  
 & Platone teste tanquam  
 extrema tunica exiit  
 Vult, philosophum se  
 intra conscientia suæ  
 mites, velut cochlear  
 intra testam, continere  
 eamq; amplissimum vir  
 tutis suæ theatrum judi  
 care.

Lin. 4. 1<sup>o</sup> δι ὅτι ἀπώλιστα  
 ἐνστασι. Te de statione tua  
 dejectum esse scito.] Quid  
 dialectici vocent ἐνστασι,  
 quæ

ΕΠΙΚΤΕΤΟΥΜ. 303  
e Latine *instantia* di-  
ur, notum est. Hic à  
gilibus translatio sum-  
est, qui, de gradu de-  
ti, vincuntur. Licet ita-  
e hic loci *ἰνστασιον* insti-  
um sive propositum  
xtere; id scilicet, in quo  
mo, animo, voluntate  
studio sic insistit, ut pu-  
aut miles in suo gra-  
aut loco, non cessu-  
adversario. Sic *ἰνστασις*  
ilosophi est, alte spe-  
ntem, & ad illam se-  
m & æternam domum  
atuentem, neque ser-  
onibus vulgi se dare,  
e in præmiis humanis  
um ponere rerum sua-  
rum.

304 NOTÆ IN  
rum. Suis illum illeceb  
oportet ipsa virtus trah  
ad verum decus, ut  
Cicero. Vide infra ca  
LXXI. cuius principiu  
declarat quid hic loci p  
ἐνστασις designet aut  
Quod hic ἐνστασις, sup  
cap. 9. l. 18. videtur  
περιῖν appellare.

*Ad cap. XXXI.*

Lin. 1. Οὐ δύνασαι ἐν κα  
εἶ) δι' ἄλλον. Non potes  
malo esse propter alium  
Pendet hæc sententia  
dogmate Stoico: solu  
honestum esse bonu  
solū vitium esse malu  
Hoc itaque vult Epict  
tus. Contemptus & n  
gl

ΕΡΙCTETUM. 305

ctus mei, si ego offi-  
o fungor, non meum  
ium; ergo neq; meum  
alum est: sed eorum &  
ium & malum, qui ex  
rverso iudicio & vo-  
ntate prava me imme-  
ntem contemnunt.

Lin. 45. Οὐδὲ γὰρ ἔτι ἀπὸ δὴμα-  
ῖχθ' διὰ τὴ χαλκία, ἔδὲ ὄπλα  
ἔτ' σκυτία. *Neque enim  
lceos habet à fabro era-  
o, neque arma à sutore.]*  
ensus est: non magis à  
hilosopho porticus &  
alnea, quin & civitatem  
omanam, postulandā,  
e iis supra locutus fue-  
t,) quam arma à sutore,  
ut à fabro ferrario cal-  
V ceos:

306 NOTÆ IN  
ceos ; cum philosophi  
munus sit, cives ad virtu  
tem erudire ; ut futuri  
conficere calceos ; & fa  
bri, arma.

*Ad cap. XXXII.*

Lin. ult. Τὸ μὴ ἀναχίειδεν  
πὶ τῷ εἰσόδῳ. *Non tolera  
ejus insolentiam in ingre  
su.]* Vel, quod non tole  
raris cum in atrio. Si  
enim ad verbum sonant  
Græca. Videntur hic per  
stringi fastus divitum, &  
ambitiosæ salutationes  
homini candido & lite  
rato molestissimæ : ite  
τὸ φοιτᾶν, παρεπίμψην, ἐ  
αγεῖν ; salutationes, de  
ductiones, laudationes

quibus in hoc mema-  
 ocutus fuerat. Fortaf-  
 autem delicati divites  
 medio incedentes, qui  
 sitis suis utrinque in-  
 fuerunt soliti. Nam &  
 hic sensum verbum *ἀνα-*  
 admittit. Innuun-  
 hic corrupti istius se-  
 omnes mores, quos Satyra  
 nos credidere Juve-  
 & Persius.

*Ad cap. XXXIII.*

L. I. Τὸ ἐέλκμα τ' ούσεως.  
*tura propositum.*] Pōf-  
 vertere, *instinctum*, si-  
*consilium*. qua voce,  
 interprete Simplicio, in-  
 gigit communes ho-  
 num de rerum natura



308 NOTÆ IN  
notiones, in quibus n  
aliud, sed idem sentim  
omnes: veluti, Bonu  
esse utile, & Utile bonu  
bis duo esse quatuor. H  
igitur notiones, & id g  
nus alia recta ratione  
nobis constitutæ, longo  
que tempore explorata  
veræ sunt & cum reru  
natura congruentes.

*Ad cap. XXXIV.*

L. I. Ω' απερ σκοπος ωεις  
δποτυχειν & τιδεται. *Quem  
admodum aberrandi cau  
sa meta non ponitur.] D  
natura mali fuisse hic disse  
xit Simplicius in com  
mentariis, quem ad ea  
qui hæc indagare cura  
fue-*

ΕΡΙΚΤΕΤΥΜ. 309

erit. Volfius ἀπὸ κοινῶν  
petit voces πρὸς τὸ ἀπο-  
χεῖν ἐτίθεται. hoc sensu:  
nemadmodum aberran-  
caussa meta non poni-  
ur, sic neque mali natura  
xistit in mundo aber-  
adi causa. Iudicet lector.

Ad cap. XXXV.

Lin. 7. Ἀναγκοτεροτερον.

[descendum vel invito.]

Plin. lib. 18, Athletarum

(inquit) capacitas, jumē-

orum similis. Et Gale-

nus in exhortatione ad

artes discendas, οἱ ἀθλητι-

κοὶ (inquit) τεροφὰς πρὸς-

φείρονται σὺν ἀνάγκῃ πολλ-

λάκῃ, ἄχει μέσων νικτῶν

ἐκτείνοντες τῶν ἐδωδύ.

V 3 Pu-

310 NOTÆ IN  
Pugiles sæpe coacti edi-  
cœna in medias usque  
noctes producta.

L. 14. ὄπισθ' αὐτῆ. *Magistr-*  
*lanista.*] Quem παιδοτεῖς  
alias appellant ab exerci-  
dis pueris, & γυμνασιάρχῃ

L. 17. Πολλὸν ἀφ' ἧ κατὰ  
παῖν. *Multum pulveris de-*  
*glutire.*] Hoc quid sit, de-  
clarat Ovidius nono Me-  
tamorphoseon his versu-  
bus:

*Ille cavis hausto spargi-*  
*te pulvere palmis,*  
*Inque vicem fulva ta-*  
*ctu flavescit arena.*

Ἀφ' ἧ, tactus, παρὰ τὸ ἀπὸ  
δαί, à tangendo. hic are-  
nam seu pulverem signi-  
ficat,

ΕΡΙΣΤΕΤΟΝ. 311  
at, quem athletæ oleo  
uncti sibi mutuo inji-  
cebant, ut facilius ac  
certius apprehendi pos-  
sunt.

*Ad cap. XXXVI.*

L. I. Αὐτὸς ποτε, πρῶτον ὀμι-  
λεῖται. *Homo, primum con-  
sidera.]* Ut palæstræ & lu-  
tæ, sic philosophiæ non  
quemlibet esse idoneum  
significat: utrique opus  
esse patientia & corporis  
& animi. Quibus bonis  
qui destituatur, umbra-  
tilis potius & pugil &  
philosophus futurus sit  
quam verus.

L. 13. Ομοίως ἠγορεύειν.  
*Æque fastidire.]* Referen-  
dum

V 4

312 NOTÆ IN  
dum videtur ad fastidium  
morosorum ac delicatorum  
hominum, in cibo  
& potu præsertim.

*Ad cap. XXXVII.*

Lin. 2. Τῶν χέρι παρμε-  
τρῆται. *Affectiones adhibē-  
tur tanquam norma qua-  
dam ad officia metienda.]*  
Σχέτιν in genere dicit esse  
Simplicius ordinem quo-  
rundam inter sese ac mu-  
tuum respectum: eum-  
que vel à natura institu-  
tum, vel voluntate susce-  
ptum. Illius exemplum  
proponit Epictetus in pa-  
tre, hujus in vicino, ci-  
ve, imperatore. Sunt  
enim hæc ex iis, quæ Ari-  
stor.

ΕΡΙCTETUM. 313

ὁμοῖα τὰ πρὸς τι appellat,  
Latini relata; inter quæ  
est mutua relatio, sive  
respectus; quem χένον  
vocant Græci. Vide cap.  
LXV.

*Ad cap. XXXIX.*

Lib. 14. Οἷ τι πᾶν τὸ ἀποκρί-  
στοῦ μὴ ἀδιάφορον. *Quidquid  
eventurum sit, id esse in-  
differens.*] Hoc est, neque  
bonum neque malum per  
se, sed pro utenti animo  
vel bonum vel malum.  
A δεικνομένοις Aristoni, Pyr-  
rhoni, & Herillo tribuit  
Cicero in Officiis; quos  
rerum aliquem delectum  
reliquisse negat. In ho-  
rum igitur sententiam  
V 5 in-

314 NOTAE IN  
inclinasse videtur hic E-  
pictetus.

*In cap. XL.*

L. 3. Ε'πί τε σεαυτῷ ᾧν. *Ipsu-  
tecum.*] Id est, μόνος κ' κ' αὐτῷ  
ιδίαν : cum solus & ipse  
tecum es.

*In cap. XLI.*

L. 4. Καρῶ παρακαλεθῆντος  
*Tempore comitante.*] Re-  
ctius ex sententia Vol-  
phii legas, παρακαλεθῆντος  
advocante, hortante.

*In cap. XLII.*

L. 4. Ε'ν ἀμοφύλοις ἀπολει-  
φθῆναι τύχοις. *A peregrinis civi-  
cumventus.*] Τὰς ἀμοφύ-  
λους τοῖς οἰκείοις opponit  
& eos intelligit homi-  
nes, quos pro autoritate  
mo-

non onere non licet.

*In cap XLV.*

L. I. Τὰς ἕξω κὶ ἰδιωτικὰς.

*Externalia & popularia.]* Τὰς ἕξω, scilicet τῷ ἰδίῳ οἴκῳ, ἑξω τοῦ οἴκου, extra tuas ædes. τὰς ἰδιωτικὰς, τὰς ἀφιλοσόφους, convivia plebeiorum & nominum inerudita, quæ nihil cum philosophis commune habent.

*Ad cap. XLIX.*

L. ult. Οὔτι ἰθαύμαστος ἄνθρωπος. *Te spectaculum esse admiratum.]* Hoc est, animo esse levi, & futilium rerum studioso. Unde Horatius prorsus ad hanc sententiam:

*Nil*



316 NOTÆ IN

*Nil admirari, prope re  
est una Numici,  
Solaq<sup>3</sup>, quæ possit facere  
& servare beatum.*

*In cap. LIV.*

L. 3. *Eis ἰδιωτισμὸν. In ple  
bejum morem.]* Vide finem  
nem capitis xxxvi; ubi  
auditorē suum Epictetum  
longe semotum esse vul  
à loco & ordine homini  
plebeji. Inspiciatur &  
cap. lxxi, in quo *σάσις*  
*χαρᾶκτῆρ ἰδιότης* describi  
tur.

*Ad cap. LVIII.*

Non abs re mireris  
cur pronunciatum dialo  
cticum ad convivii ratio  
nem accommodarit. Me  
ne

EPICTEtum. 317

re fortassis voluit (ex  
onjectura D. Volfii, qui  
Epicteto optime me-  
tus est ) adolescentes,  
laborandum esse potius,  
boni sint ratiocinato-  
es officiorum, quam ut  
arguti dialectici evadant:  
quæ dialecticis ratio-  
ibus probata fuerint, ea  
cibo & potu omnique  
ita usurpanda esse : &  
naturalem appetitum ita  
moderandum, ne cæco  
nostri amore impulsu vel  
civilem confociationem  
violemus, vel intempe-  
rantia nostra dedecus  
contrahamus.

Ad

318 NOTÆ IN  
Ad cap. LXI.

L. II. Κεντητόν. *Interpunctus.*] Videtur hic significare calceos artificiose dissectos, sive pictos, sive gemmis aut imaginibus distinctos aut interpunctos. Byzātinis rubri calcei signum imperii fuerunt: virides in signe Cæsarium; quibus aliquando aurea aquila intertexebatur.

In cap. LXIV.

L. IO. τὸ ἀληθὲς συμπεπλεγμένον. *Veritatem complexam, sive involutam, intricatam, perplexam.*] Cōsulendi hic Simplicius, &  
Vol.

Wolfius, sententiis va-  
rantes.

*Ad cap. LXVII.*

L. ult. Αἴτιον δὲ συγκατα-  
θεῖν. *Aliis assentiaris.]*  
portassis addenda nega-  
tio, ut sit, ἔσσυγκατατίθε-  
ν, *non assentiaris*, visis  
scilicet non certo com-  
prehensis & perceptis.  
Videatur is, quem sæpe  
quo merito laudamus,  
Wolfius.

*Ad cap. LXX.*

L. 8. Μὴ τοῦ ἀνδραγαθῆς ἀμ-  
βλεῖν. *Ne statuas am-  
blectere.]* Hoc est, ne spe-  
ctari velis ab aliis, aut  
conspici à multis, ut ii  
quibus multi potentio-  
res

320 NOTÆ IN  
res vim faciunt; qui, &  
opem populi implorent,  
statuis conscensis quiri-  
tantur, & multitudinem  
circa se congregant.

*In cap. LXXIII.*

L. 8. Καταμαθεῖν ἢ φύσει.  
*Naturā cognoscere.]* Eam  
scilicet, quæ homini di-  
vinitus tributa est: hoc  
est, studeo cognoscere,  
qua conditione me Deus  
in terris esse ac vivere  
velit. qua de re vidē sis  
Persium Sat. III.

*Ad cap. LXXIV.*

L. 4. Οἷ, π δ' ἀν ἐρῆ π  
καί σε, μὴ ὀπιπέφξ. τῆτο γδ  
ἐκ ἐτ' ὄσι σόν. *Quicquid au-  
tem de te dictum fuerit, id  
ne*

de curato. Id enim non jam  
 mi est arbitrii.] Respici-  
 tur hic ad caput xxix.  
 ac si dicat: quid alii  
 de te loquantur, curare  
 tibi. Innuat enim, fore  
 multos, qui dicant, sub-  
 ioco te sapientem re-  
 siliisse: quique rogent,  
 unde istud supercilium?  
 et id genus alia. Non  
 enim, quid illi dicant,  
 sed quid non dicant, nostri  
 est arbitrii.

*Ad cap. LXXV.*

L. 29. Καὶ ἤδη ἰσχυρὰ τὰ  
 ὀλύμπια. Tum instare O-  
 lympia.] Significat, in  
 propinquo esse tempus,  
 quo aut vincendum aut  
 X suc.

322 NOTÆ IN  
succumbendum; prout in  
Olympico certamine fie-  
bat. Egregie Persius per-  
stringit socordiam eo-  
rum, qui vitæ emenda-  
tionem dietim profere-  
bant. Quem vide sis Sa-  
tyra v.

*Ad cap. LXXVII.*

Primum hoc votum,  
teste Simplicio, Clean-  
this est, Stoici philosophi  
Assonati, qui fuit Zeno  
nis discipulus; Chrysippus  
magister. Cujus statuarum  
in Asso magnificentia  
Romanæ specimen sibi  
visam testatur Simplicius  
ad hunc locum.

A

ΕΠΙΚΤΕΤΟΜ. 323

*Ad cap. LXXVIII.*

Totum caput hoc nihil continet nisi duos ambobus Euripidis Tragicorum.

*Ad cap. LXXIX.*

Duo dicta hoc continentur. Prius Socratis est, Critone Platonis desumptum. Alterum sumptum est ex Socratis Apologolologia Platonica ; ubi de Socratis accusatoribus Geryto & Melito illud dicitur. *Simplicius.*

X 2 Con-



*Conclusio.*

Non omnes Epicteti  
sententias hoc Enchiri-  
dio contineri, illis con-  
stat, qui dissertationes  
Arriani de Epicteti dispu-  
tationibus legerunt. Ac  
proinde nemo quoque  
mirabitur, hic non repe-  
riri illud decantatum E-  
picteti dictum, Ἀνέχεσθε, καὶ  
ἀπέχεσθε. *Sustine, & abstine.*  
Quinimo comparent in  
Agellio & Stobæo non-  
nulla Epicteto attributa,  
quæ ne quidem apud Ar-  
rianum reperias.

F I N I S.

B R E V E S  
 I N  
 T A B U L A M  
 C E B E T I S  
 N O T Æ.

*Pag. 152. lin. 1.*

**I**N dialogo Platonis,  
 qui Phædo sive de  
 immortalitate ani-  
 mę inscribitur, men-  
 tio fit inter reliquas per-  
 sonas, quæ ibi introdu-  
 cuntur, etiam Cebetis.  
 solum authorem esse hu-  
 jus libelli, credit Cas-  
 seus; cujus extant in hanc  
 X 3 tabu-

326 NOTÆ IN  
tabulam notæ. Id vero  
an ita sese habeat, du-  
bium est Volfio; qui an-  
te Caseliū notatiunculas  
quoq; in eam edidit. Nec  
præter rationem de eo vi-  
detur ambigi, cum in hac  
ipsa tabula Plato allegetur.  
Cæterum, ne id qui-  
dem satis valet ad pro-  
bandum, fuisse hunc ab  
illo Platonico diversum.  
De Cebete videndus Dio-  
genes Laertius lib. se-  
cundo de vitis philoso-  
phorum. Chalcidius in  
Timæum Platonis, &  
Xenophontis *Ἐπιμνημονεύ-  
ματα.*

L. 3. Tabulam inscripsit  
quis-

quisquis tandē fuerit au-  
thor hunc libellum ele-  
gantē sane & succi plenū  
sic inscribendi: quod in eo  
ceu in tabula vivis linea-  
mētis vita mortalium o-  
culis subjiciatur, nō aliter  
quam fit in sermone pa-  
rabolico. Etenim anti-  
quissimam fuisse hanc  
consuetudinem institu-  
endi hortandique morta-  
les, similibus ductis à re-  
bus sensui obviis ad ea  
quæ illis sic non sunt ex-  
posita, constat tum è Pla-  
tone aliisque profanis  
scriptoribus, tum etiam  
è mysticis literis, quæ ab

X 4 que

328 NOTÆ IN  
que non abhorrent, ut  
videre est Judicum cap.  
ix, & II. Regum xiv, vel  
II Samuelis, quin & non  
paucis Euangelicæ histo-  
riæ locis.

*Ibidem.*

L. 6. Εἰς τὸν τῆς Κρόνου ἱερόν.  
*In Saturni templo.]* Id  
templum ubi locorum  
fuerit, fateor, mihi non li-  
quere; nisi quod proba-  
bile autumo, fuisse Athe-  
nis, in ipsa Musarum sede  
ac domicilio; ubi hæc ta-  
bula, quæ hic ab authore  
proposita edisseritur, fue-  
rit dedicata inter reliqua  
templi donaria. Nisi quis  
malit assignare ædē hanc  
Saturni-

TAB. CEBETIS. 329

Saturniam Thebis Bœotia, unde videtur author oriundus.

Pag. 156.

Lin. 4. Πυθαγόρων τινὰ καὶ  
Παρμηνίδειον.] De Pythago-  
ra, cujus titulo circum-  
fertur τὸ γ, seu litera hu-  
manæ vitæ speciem sive  
imaginem præferens, vi-  
deat, cui prolubium est,  
prolixè scribentem Iam-  
blichum; qui vitam ejus  
posteritati prodidit. Et  
Laërtium lib. viii. De  
philosophia ejus præci-  
pue videndus Hierocles;  
qui ad aurea carmina  
ipsius commentatus est.  
De Parmenide consu-  
X 5 lendus

330 NOTÆ IN  
lendus Laërtius lib. IX.  
Dubito, idemne sit hic  
Parmenides cum eo,  
cujus extat libellus de  
Politiis; qui continet *Ἐπι-  
στομὰς* universalis hi-  
storiæ Nicolai Damasce-  
ni.

Pag. 158.

L. 5. Οὐκ ἔμπειρος τῆς  
ἐκείνου. *Enarrationem  
periculi non expertem esse.]*  
Merito quæritur, quo-  
modo intelligendū, quod  
affirmet, non prorsus pe-  
riculi esse expertis, hanc  
enarrationem audire. Vi-  
detur itaque dicendum,  
per se quidem nihil huic  
rei inesse periculi, videli-  
cet

TAB. CEBETIS. 331

docet in auditione, sed, si-  
quis ad usum non trans-  
ferat ea quæ acceperit,  
nihil ipsi profuturū quod  
audiverit, quinimo ipsi  
id perniciosū fore. Quip-  
pe qui ejusmodi salutaria  
vitæ præcepta neglexerit,  
suapte perit culpa, nec  
habet quod excuset: imo  
tanto justius punitur,  
quanto pulchrior ipsi af-  
fulserit proficiendi occa-  
sio. Idem fere docet ὁ σω-  
τὴρ, Luc. XII. v. 47.

Pag. 160.

L. 2. Η' γὰρ Ἀφροσύνη τοῖς  
ἀνθρώποις Σφίγγ' ὄσιν. *Amen-  
tia Sphinx est hominibus.*  
Docet H. Stephanus è ve-  
teri



332 NOTÆ IN  
teri Lexico, Σφίγξα dici  
παρὰ τὸ σφίγειν, διὰ τὸ  
ἰσφιγμῶρα καὶ δυστόντα λέγειν  
τὰ ῥήματα, quod contor-  
ta & intellectu difficilia  
verba promeret. Auso-  
nius sic eam depingit:

*Terruit Aoniam volucris,  
leo, virgo, triformis  
Sphinx: volucris pennis, pe-  
dibus fera, fronte puella.*

Quomodo autem hæc  
comparatio Sphingis &  
amentia procedat, fusius  
prosequitur Caselius in  
notis; quem, si placet,  
adi. strictius autem ipse  
id autor explicat. Vide  
etiam Scholiastem ad  
Theo-

TAB. CEBETIS. 333

Theogoniam Hesiodi, e-  
ditionis Heinſianæ fol.  
267.

Pag. 162.

Ἐπιτίμιον τοῖσιν ἐστίν.

*In tanti præsertim & præ-  
mii & supplicii expectatio-  
ne.] Duo significat τὸ ἐπι-  
τίμιον, nempe præmium  
& supplicium; utrumque  
ab interprete expressum:  
quasi dicat, operæ fuerit,  
nosse hujus tabulæ expli-  
cationem; siquidem per-  
eundum est ei qui negle-  
xerit ea ad quæ ejus deli-  
neatio collinear: cum  
certa spes affulgeat, ser-  
vatum iri cui curæ fuerit  
vitam ad hujus normam  
com-*

334 NOTÆ IN  
componere. Locum hunc  
illustravit Themistius O-  
ratione secunda, fol. 31.  
editionis Stephanicæ.

Pag. 164.

L. 2. Δάμων καλεῖται. Ge-  
nius dicitur.] Portæ, qua  
emittuntur animæ ad vi-  
tā, quasi custos est genius,  
sapientiæ præco, inter-  
pres rationis, qui altera  
manu chartam tenet. Eo  
vero symbolo indicatur,  
si quis desideret vera ac  
germana ad vivendum  
sapientiæ præcepta nosse,  
ei volvenda esse veterum  
monumenta, qui tot jam  
seculis retroactis invene-  
rint quibus vita mortu-  
lium

TAB. SEBETIS. 335

um expoliretur, & eru-  
iretur ad virtutem.

Pag. 166.

L. II. Εὐδοκίαν τὴν φύλιν πλῆθος  
γυναικῶν ἐπειρῶν. *Intus*  
*urbam quandam mulie-*  
*rum meretricum*] Inter-  
iores vertit ἐπειρῶν mere-  
tricum: sed videtur po-  
tius *sociarum* verten-  
dum; nam dicuntur pau-  
lo post quosdam ad salu-  
tem adducere; quod scor-  
pionis non convenit. Vide p.  
183. l. II. ubi dicitur ΠΟΕ-  
ΝΙΤΕΝΤΙΑ hominem  
hunc per omnia malo-  
rum genera circumactum  
ex iis tandem eripere, ei-  
que ΟΡΙΝΙΟΝΕΜ aliam  
inse-

336 NOTÆ IN  
inferere, & CUPIDI-  
TATEM, ad VERAM  
ERUDITIONEM eum  
perducturam. Sed ἐπέχω,  
quod videam, infra pag.  
174. l. ult., vocem hanc et-  
iam pro meretricibus u-  
surpari, Quod Cebes in  
tabula proponit, idem  
Prodicus Sophista Her-  
culi fabulatur evenisse; ut  
est apud Xenophontem  
Memorabilium secundo.

Pag. 170.

L. 3. Καλεῖται μὲν, ἔφη, Τύχη.  
*Vacatur, inquit, illa quidē*  
FORTUNA.] Apposite  
ad hunc locum is, quem  
laudavimus, Caselius,  
fortune definitionem at-  
tulit

TAB. CEBETIS. 337

culit ex Aristotele, eam-  
que membratim exami-  
navit. Quam vero ea in-  
stabilis sit atque incerta.  
docet Dio Chrysostromus  
Orat. i. de fortuna, & Ga-  
renus in Oratione exhor-  
tatoria ad bonas artes.  
Nec in ejus natura edis-  
crenda infans est autor.

Pag. 171.

Lin. penult. *Ἐκπλώσεως.*  
[*Statura.*] Videntur potius  
ignificari frustrationes;  
quales sunt eorum qui  
præfenti fortunæ confisi  
quævis sibi de illa polli-  
centur, cum ea plerumq;  
tangatur si quando ma-  
xime splendet, ut docet

Y Mi-

338 NOTÆ IN  
Mimographus. Istiusmodi  
di vero homines dicuntur  
Epimetei, qui non nisi  
malo accepto sapiunt, a  
proinde ἀπεργεῖσθαι τοι, hoc  
est, inconsiderati, habentur.

Pag. 172.

L. 14. Ἀγαθὴν τύχην καλεῖται  
σι. *Fortunam prosperam  
eam vocant.*] Quid si  
Ἀγαθὴν τύχην, docet Aristoteles  
lib. 2. Phys. cap. 2.

Ibid.

L. 16. Τὰς χεῖρας ἐκτετακ  
τες. *Qui manus extendunt*  
Idem supra habuit, & si  
gnificavit hac phrasi ge  
stum eorum qui maest  
sur

sunt animo. nisi quid ad-  
 datur. ut infra p. 194. l. 8.  
 ubi additur adverbium  
 ἐφ' ἑαυτούς.

Pag. 174.

L. 4. Ταύτα, ἔφη, ἀπαρὰ τοῖς  
 πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ εἶναι ἀ-  
 γαθὰ. Hæc quæ vulgo bo-  
 na censentur. ] Quod at-  
 tinet ad bonorum diffe-  
 rentiam, eam pluribus lo-  
 cis prosecutus est philo-  
 sophus, ac præcipuè lib.  
 . cap. 2. magnorum Mo-  
 raliū. Sicuti hæc plenius  
 cognoscere visum fuerit,  
 videat Caselium ad hunc  
 locum.

Ead.

L. antepen. Γωᾶκας ἔσ

Υ 2

ἔσ-



340. NOTAE IN

ἄπειρος ἐσηκωίας. *Muliere*  
*extra septum stantes.*] Per  
hasce repræsentat auro  
vitia sive improbos mo  
res divitum, qui male e  
ducati perperâ sentiunt  
ac proinde omnem felici  
tatem in opibus, & qua  
cum iis affinitatem ha  
bent, collocant. Recte  
poëta.

*Luxuriant animi rebu*  
*plerunq; secundis,*  
*Nec facile est a qua com*  
*moda mente pati.*

Id vero genus homi  
num obnoxium est iis vi  
tiis, quæ hic nominat au  
thor, ac præcipue assen  
ratio

TAB. CEBETIS. 341

cationi, quæ dum amicitia specie se hominibus, qui fortunati existimantur, insinuit, revera eos agit in præceps, individua aularum pestis.

Pag. 176.

L. ult. Οὐτὼ γὰρ ἀναρήψυ.

[*Vbi enim resipuerit.*] Ad verbum ad sobrietatem redierit; nisi malimus dicere *evigilaverit*. Est enim pregnans verbum, ut loquuntur Grammaticorum filii, quod hic usurpat author, cujus thema est ἀναρήψω *evigilo*, *sobrius fio*.

Eadem pagina, sed lin. 2, occurrit vox Ἀσω-

Υ 3

τίας

342 NOTÆ IN  
τίας. cuius sensum non  
expressit interpres; quin  
eam reddere neglexit; nā  
vox LUXURIAE potius  
referenda est ad ἀπλη-  
σίαν, quæ quod expleri  
nesciat, sic dicta est. Id  
vero ἀσωτίας vitium ex  
compluribus tantum nō  
vitiis est conflatum; ut  
unica etiam voce Latina  
haud facile expresseris.  
Quippe totalem includit  
à virtute defectionē, adeo  
ut ea laborantes servari  
non posse videantur. Ea  
est Græcæ vocis ἐνέρησις  
Video tamen, & luxuria  
voce in Latio explicari.  
Tribuitur vero id vitii fi-  
lic

ΤΑΒ. ΣΕΒΕΤΙΣ. 343

o prodigo, Luc. xv. v. 13.  
bi propemodum habes  
αεμαλισμὸν hujus loci.  
Vide, si placet, ad hunc lo-  
cum sese diffundentem  
Caselium.

Pag. 184.

L. 15. Εἰρηστοὶ ἢ ἀνθρώπων.

[*Vani homines.*] Melius a-  
lius interpres; *quidam non*  
*de vulgo homines.* Vide-  
tur significare id genus  
mortalium, in quos præ-  
sumptio non cadit quod  
errent, quales sunt quos  
postea seriatim enume-  
rat.

Pag. 186.

L. ult. Οἱ ὀκείηκοι. *Alii*

[*Critici.*] Tales dicebātur  
olim qui libris emendan-

Y 4 dis

344 NOTÆ IN  
dis incumbabant, & in iis  
*τὰ γνήσια* ab adulterinis  
distinguebant, hæc obelo  
configentes. Sic Aristote-  
les in gratiam Alexandri  
Magni correxit Iliada  
Homeri. Talis fuit Ari-  
starchus Grammaticus,  
& hujus seculi nonnulli  
non infeliciter huic stu-  
dio operati.

*Pag. 193.*

L. 8. *Ω' αὐτὸρ δύστανός εῤ. Ὡς  
qua præcepta sit.]* Ad ver-  
bum, quæ difficilem ha-  
beat aditum sive ingres-  
sum. Idem expressit He-  
siodus cū ait, *τῆς δ' ἀπετῆς  
ἰδρωτα θεοῖ &c.*

Noti enim sunt versus.  
Quos

TAB. SEBETIS. 345

Quos etiam expressit ut-  
cunque author πῶ ὁ ψλαῖ  
Pythagoræ inscripti. Nec  
abludunt ab hac phrasî  
mysticæ literæ.

Pag. 194.

L. IO. Η' μὲν ἐγκράτεια κα-  
λεῖται, ἢ φησὶ ἢ ἰκαρτερία. Vna,  
inquit, continentia voca-  
tur, altera tolerãtia.] Cō-  
tinentia, quod ex Ethicis  
patet, versatur circa volu-  
ptates, uti tolerantia cir-  
ca labores, quos jubet  
magno animo ferre, ut il-  
la voluptates spernere.  
Proinde Epictetus in o-  
mnī vita jussit tolerare &  
abstinere. Quippe hor-  
sum pertinet celebre il-

Υς lud

346. NOTÆ IN  
Iud dictum ipsius, Ἀνέχε  
ἢ ἀπέχε. *Sustine & absti-  
ne.* Quibus duobus mā-  
datis omnem virtutum  
chorum sibi videbatur  
complexus.

*Pag. 198.*

L. 16. Κεκλιμένη ἢ δι τῆ ἡλι-  
κία. *Ætate media & iam  
ad senectutem declinante.*  
Videtur interpres legisse  
κεκλιμένη, à verbo κλίνω: id  
enim esset *inclinante.* Lo-  
cus sane mihi de mendo  
suspectus est.

*Pag. 206.*

L. 13. Καλοκαγαθία. *Vita  
integritas.* Quæ sit hæc  
virtus, & quomodo intel-  
ligenda, & qui sint Græcis  
dicti

ΤΑΒ. ΣΕΒΕΤΙΣ. 347

Ἰσχυρῶς καλοκάγαδοι, docet  
philosophus in Ethicis  
ad Eudemum.

Pag. 218.

L. 8. Ὡς περὶ τὸ Κορύκιον ἄν-  
τρον ἔχοντι. *Non sicut ac si  
Corycium antrū teneret.]*

significat, locum hunc  
sanctum & amœnum esse,

instar antri Corycii. Cu-  
jus elegantem τοπογρα-

φίαν vide apud Melam  
cap. xiii. in descriptione

Ciliciæ. Meminit ejus  
quoque Strabo lib. 14.

Pag. 220.

L. 7. Καθὰπερ οἱ ἐχιδνηκτοί.

*Quemadmodum morfi à  
vipera.]* De hoc loco vi-

videndus omnino Case-  
lius,



348 N. IN TAB. CEB.  
lius, cui is videtur cubare  
in mendo.

*Pag. 238.*

L. 7. Α<sup>η</sup> Πλάτων φησιν.  
*Quas & Plato ait.]* Vide-  
tur intendere digitum ad  
librum septimum de Le-  
gibus.

F I N I S.

SORTITUS  
ANIMARUM

Ex Eris Pamphylis Nar-  
ratione, quæ extat de-  
cimo libro Politi-  
corum Plato-  
nis.



# OSORTITUS

Animarum. Ex Eris Ar-  
menii, Pamphylii genere,  
narratione; quæ exstat a-  
pud Platonem lib. x. de  
Republ. ante finem. Io-

ACHIMO CAMERA-  
RIO interprete.

**C**UM ad PARCAS  
venissent anima, sta-  
tim coactas aiebat,  
fuisse ad LACHESIM acce-  
dere. Ibi vatam quendam  
ipsas primum ordine collo-  
casse: deinde acceptis de ge-  
nibus Lachesis sortibus, at-  
que vitarum exemplis, cõ-  
scensoque editiore loco, hæc  
locutum esse.

Ora-

352 SORT. ANIM.

Oratio Lachesis, puellæ  
formosissimæ, Neces-  
sitatis filiæ.

O Anima caduca, initiū  
alterius ambitus, mortalis  
& mortiferi generis: nō vos  
sortitur GENIUS, sed vos  
Genium eligetis. Ac cuius  
primo sors exierit, is primus  
sumat vitā quā deget po-  
stea necessario. VIRTUS au-  
tē nullo dominatu premi-  
tur. Quā ut quisq; coluerit,  
aut spreverit ita illa magis  
minusve potietur. Cuiusq;  
autē futura propria culpa  
est: at Deus culpa carebit.

Hec loquutum, dissipasse  
sorses inter omneis, cepisse  
autē eam quæq; quæ ante  
se

se decidisset: se excepto: nam  
 scapere sibi non concessum  
 fuisse. Qui autē cepisset, illi  
 statim apparuisse, quozus  
 esset numero. Postea & vi-  
 tarū exēpla proposuisse hu-  
 mi, multo plura quā ipsi es-  
 sent. Fuisse autē multipli-  
 cia. Nam cū omnium ani-  
 malium vitas in illis, tum  
 anivasas humanas fuisse.  
 Interq; has, & tyrannidas,  
 alias stabiles, alias viro mi-  
 n<sup>o</sup> durabiles, inq, egestatē,  
 & exilia, & mendicitatē  
 desinentes. Interq; & pro-  
 batorū virorū vitas: quas-  
 dā formā & pulchritudine,  
 & preterea robore atque  
 certaminū laude: quasdam

Z. gene-

354 SORT. ANIM.

genere, & majorum virtute, similique laude probatorum. Eodemque modo & mulierum vitas fuisse. Ordinem autem animæ nullum: propterea quod alienam vitam capessentē, aliam illam reddi necesse sit. Cetera vero inter se, divitiis alia & egestate, alia morbis & sanitate, quædam & mediocritate quadam prædita esse. Hoc, mi Glauco, maximum periculum hominibus obicitur. Hujusque causa in primis studendum, ut aliis omnibus disciplinis neglectis, hanc unam disciplinam exquiramus atque disc-

EX PLATONE. 355

discamus, ut liceat aliquando discere atque invenire, quinam unumquenque ad hoc instruere valeat, quo possimus, vitam bonam à prava distinguentes, meliorem semper, quoad fieri poterit, eligere: repetentes animo omnia quæ dudum disputata sunt, eaque conferentes & dividentes in consideratione perfecta virtutis vitæ. Ne ignoremus, ecquid forma, egestate divitiisve temperata, cumque quali quodam anima habita, mali bonive causa existat. Item, nobilitatis & ignobilitates, tum privata vi-

Z 2 1A



356 SORT. ANIM.

ta & honorata, viresq; &  
debilitas, ingeniositas item  
& tarditas animi, omnia-  
que hæc que natura ipsa  
anima attribuit: nec non  
asciticia quoque commista  
inter se, quidnam efficiant.  
Ut de omnibus compara-  
tione facta, respectu natu-  
ra anima, possimus meliorẽ  
à deteriore vita discerne-  
re: eam quidem appellantes  
deteriorem, qua animam  
illo abductura sit ubi im-  
probior fiat: meliorem, qua  
eo ubi illa reddatur pro-  
bior. Cetera universa va-  
lere iubebimus. Vidimus e-  
nim, hanc esse electionem o-  
primã, & viventi & mo-  
rien-

EX PLATONE. 357

orienti. Quare in hac adamantina quadam persuasione ad inferos descendendum est, ut anima illic etiam neq; à divitiis, neque ab aliis hujusmodi malis percussatur. Neve delapsa in tyrannides, & actiones similes, ipsa designet multa & indigna facinora, cū vero majora perferat. Verum ut norit eam semper vitam eligere qua media sit quadam, & in utramq; partem excedentia fugere, non in hac modo vita, quoad licebit, sed & in tota illa secutura. In hoc enim summa hominis est felicitas. Ac tum qui-

Z 3 dem

dem illarum rerum nunci-  
 us narrabat, vatem &  
 hac dixisse: Etiam qui ul-  
 timo loco forte eliget, ei, si  
 prudenter elegerit, & at-  
 tente vixerit proposita vi-  
 ta est non recusanda, neq;  
 mala. Nec princeps in ele-  
 ctione negligens, neque ul-  
 timus tristis esse debebit.  
 Hac illo locuto, agebat,  
 eum, cui prima sors obti-  
 gisset, statim accedentem,  
 maximam omnium tyran-  
 nidem elegisse, atque ita  
 quidem elegisse, ut per a-  
 mentiam & gulositatem  
 nequaquam satis omnia  
 contemplaretur: neque  
 animadverteret, includi  
 factum

atum vorandorum libero-  
rum, & mala quoque alia.  
Postea vero quam ociose  
perspexerit, tum se ipsum  
oblaxisse, & deplorassee ele-  
tionem, oblitum eorum  
qua vates pradixisset: ne-  
que se, ut mali autorem,  
accusavisse, sed fortunam  
& Deos, ac quemvis po-  
tius quam se ipsum. fuisse  
autem unum de caelesti-  
bus hunc advenis, qui an-  
te in bene constituta Re-  
publica vixisset, virtutis  
particeps, more quidem,  
non philosophia. Ac ferme  
plures esse, qui decipiantur:  
in his illos caelestes adve-  
nas, quippe inexercitatos

Z 4 la-

360 SORT. ANIM.  
laboribus. Plerosque au-  
tem terrenos, quippe qui &  
ipsi in laboribus versati  
sint, & versari alios vi-  
derint, non temere vi-  
tam eligere. Itaque multas  
animas & malorum &  
bonorum mutationem re-  
perire, in hac etiam sortis  
fortuna. Nam si quis in  
hanc vitam ingressus, rite  
philosophetur, & postea  
sors electionis non postrema  
illi obvenerit: is plane vi-  
detur, secundum hanc  
narrationem, non hic mo-  
do felix futurus, sed etiam  
hinc illo, & rursum huc,  
iter non terrestre, neque  
asperum, sed leve & cœ-  
leste

EX PLATONE. 361

leste facturus esse. Atque  
illud dignum visu fuisse  
memorabat spectaculum,  
quo quæque anima modo  
vitas eligerent, cum esset  
& miserabile, & ridicu-  
lum, & admirandum.  
Electionem enim plerasque  
fecisse de prioris vitæ con-  
suetudine. Vidisse enim se  
animam, quæ Orphei olei  
esset, olois eligentem vi-  
tam, odio muliebris sexus:  
quod nollet, interfectus  
quondam à mulieribus,  
mulieris partu in lucem  
edi. Vidisse & Thamyris,  
lusciniæ eligentem vitam.  
Vidisse & olorem, mutata  
voluntate, humanam eli-

Z 5 gen-

gentem vitam. Itemque  
aliter similiter animalia,  
Musica nimirum. Quan-  
dam etiam sorte oblata  
animam, leonis elegisse  
vitam: eamque fuisse Aja-  
cis Telamonii, quia in me-  
moria iudicii armorum,  
homo fieri nollet. Post hanc  
proximam Agamemnonis,  
quæ & ipsa humanum ob-  
miserias suas odisset genus,  
commutasse priorem vitã  
cum aquilina. Inter medios  
autem illos sortem obtigisse  
Atalanta; eamq; conspicua-  
tã magnos honores viri, qui  
athleta esse deberet, præ-  
terire non potuisse, sed eam-  
dem vitam arripuisse. Post-  
bac

EX PLATONE. 363

hac vidisse Epei Panopei  
animam, abeuntem in se-  
xum mulieris artificiosa.  
Longe vero in ultimis vi-  
disse ridiculi illius Therfi-  
te animam, qua simium  
indueret. Forte autem V-  
lyssis anima obvenisse o-  
mnium postremam sortem,  
eamque abiisse ad electio-  
nem: ac memoria laborum  
veterum, ambitione libe-  
ratam, quasi vixisse diu ob-  
errantem hominis privati  
& incuriosi vitam: vixq;  
invenisse jacentem alicu-  
bi, & ab aliis neglectam:  
dixisseq; hac visa, idem fa-  
cturam se fuisse, etiamsi  
primam sortem esset nacta:

⊕



## 364 SORT. ANIM.

& libenter illam accepisse.  
 Sed & de aliis bestiis, simi-  
 liter in homines, & in sese,  
 abiisse: improbas in feroces,  
 probas in mites: fuisseque  
 misiones multiplices. Iam  
 vero vitis electis, cum le-  
 gissent singula sortito, ac-  
 cessisse animas ordine ad  
 LACHESIN, eamque  
 singulis electum GENIUM  
 addidisse, vitæ custodem,  
 & electionis consummato-  
 rem. Quem duxisse quanq̃  
 primum ad CLOTHO,  
 subter illius manum &  
 turbinis fusi conversionem,  
 electum post sortem fatum  
 confirmantem. Deque hu-  
 jus contactu deinde animã  
 ad

EX PLATONE. 365

ad ATROPI duxisse fi-  
lum ut fierent irreconver-  
sa ea qua Clotho sanxisset.  
Hinc abiisse recta sub NE-  
CESSITATIS SOLIUM:  
perq; illud transgresso hoc,  
itemque aliis, universos  
per fervorē & aestum hor-  
ribilem devenisse in Obli-  
vionis campum, plane nu-  
dum ab arboribus, atque  
aliis qua de terra nascun-  
tur. Tentoria igitur po-  
suisse, cum iam vespera  
esset, ad fluvium INCU-  
RIUM: cuius nullum vas  
aquam continet. certam  
autem illius mensuram  
ebibere, necesse omnibus  
esse. At eos, quos prudentia

non

366 SORT. ANIM.  
non conseruari, bibere  
etiã amplius. Sed ut quis-  
que biberit, obliuisci mox  
omnium. Cum vero iam  
obdormiissent, & noctis me-  
dia tempus esset, tonitru ex-  
titisse, & terramotum. In-  
deque repente alium alio  
sublatum, discurrentes ad  
generationem velut stel-  
las. Se autem bibere illam  
aquam fuisse prohibitum.  
verum qua ratione, quo-  
ue modo in corpus redierit,  
plane nescire: sed, repente  
oculis apertis, vidisse ma-  
ne, in rogam se impositum.  
Hæc fabula, ô Glauco, con-  
seruata est, & non perit.  
Nosque facile conseruari,  
si il-

EX PLATONE. 367

si illi parere voluerimus:  
si que & oblivionis flu-  
vium rite transferimus,  
neque animam pollueri-  
mus. Quare mihi, qua-  
so, credamus: & in per-  
suasione, non modo immor-  
talem esse animam, sed  
nihil etiam esse neque ma-  
li neque boni quod illa  
non sustinere possit: sur-  
sum ducentem viam sem-  
per teneamus: iustitia-  
que una cum prudentia  
omnibus modis studeamus,  
ut & ipsi, & Dii a deo nos  
ament: utque cum hic  
in hac vita remanentes,  
tum ubi jam quasi victo-  
res premia illius consecuti  
eri-

68 SOR. AN. EX PLAT.  
*erimus, perfecto & huius  
& illius millenium anno-  
rum spaciū cursu, beati si-  
mus.*

F I N I S.

HIP

PVT

De A


EX

HIPPARCHO

PYTHAGOREO,

*De Animi Tranquil-  
litate.*

A 2



EX HIPPARCHO

PYTHAGOREO,

*De*

ANIMI TRAN-  
QUILLITATE.

**Q**UUM brevissi-  
mum sit huma-  
næ vitæ tem-  
pus, cum æter-  
nitate collatum, pulcher-  
rimam homines tanquã  
peregrinationem insti-  
tuent, si in animi tran-  
quillitate vivere statue-  
rint. Id autem conse-  
quentur maxime, si se  
iplos diligenter cognove-  
rint, qui mortales & car-

A a 2 nei



372 DE ANIMI  
nei sint, injuriæ & interi-  
tui obnoxio præditi cor-  
pore, rebusque omni-  
bus gravissimis ad extre-  
mum usque halitum ex-  
positi. Ac primum qui-  
dem ad ea, quæ corpori  
accidunt, veniamus. Hæc  
sunt pleuritides, pulmo-  
nis morbi, phrenitides,  
podagræ, vesicæ morbi,  
dysentericæ, veterni, co-  
mitiales, ulcera putre-  
scentia, cætera infinita.  
At animo multo majora  
atque graviora contin-  
gunt. Quicquid enim  
sceleris, vitii, peccati, im-  
pietatis, in hominum vita  
cernitur, ex animi per-  
turba-

TRANQ  
turbationi  
et. Eran  
ratis & a  
cupiditate  
frzes im  
runt, ad  
vel à ma  
mam pau  
libidinem  
parentes  
proprio  
quid aliu  
tatefecer  
ficcitues  
ris in die  
ex æris  
nunquam  
vati que  
se tota  
bet. Qu

TRANQUILLIT. 373

turbationibus ortum ducit. Etiam per immoderatas & à natura alienas cupiditates multi in effrænes impetus inciderunt, nec vel à filiabus vel à matribus turpissimam potuerunt cohibere libidinem. Quid quod & parentes multi & liberos proprios jugularunt? Jam quid aliunde obvenientia referam mala? diluvia, siccitates, æstus, & frigoris inclementiam, sic ut ex aëris inæqualitate nōnunquam pestis, fames, variique casus oriantur, ac rotæ desolentur urbes. Quæ quum impen-

A a 3 deant

374 DE ANIMI  
deant multa; neq; corpo-  
ris bonis cōfidamus, quæ  
vel una febricula statim  
corrumpuntur, nec ex-  
terna, quæ videtur, effe-  
ramur felicitate, quum  
& hæc sæpe citius rece-  
dere soleat, quam acce-  
dere. Hæc enim omnia  
incerta esse & instabilia,  
nec eorum quicquam fir-  
mum, perpetuum, aut  
immobile existere, mul-  
tis & variis ex mutatio-  
nibus cognovimus. Qua-  
propter & hæc animo re-  
putantes, & an ea quæ  
data præsto sunt, vel mi-  
nimum tempus durare  
possint, cogitantes, for-  
titer,

TRAN-  
titer, quæ  
si feramus  
mur tran-  
veto per  
que vel n  
padedit  
fixerunt  
qualia s  
maxime  
stimarun  
multis a  
busque  
deputat  
accidit  
sensime  
opum  
corum  
te, vel  
que cl  
tar, at

TRANQUILLIT. 375

titer, quicquid accidit,  
si feramus, animi frue-  
mur tranquillitate. Nunc  
vero permulti, quæcun-  
que vel natura vel fortu-  
na dedit, meliora quum  
finxerunt, nec tam ea  
qualia sint, quam qualia  
maxime cerni possint, æ-  
stimarunt, subito privati,  
multis ac magnis turpi-  
busque malis animum  
deprimunt. Quo fit ut  
acerbissime vivant ac mi-  
serrime. Id autem vel in  
opum jactura, vel in ami-  
corum aut liberorū mor-  
te, vel in aliarum rerum,  
quæ charissimæ ducun-  
tur, amissione conspici-

A a 4 tur.

376 DE ANIMI  
tur. Tum vero flentes, &  
ejulantes, infelicissimos  
ac miserrimos se solos  
prædicant: quum nec eo-  
dem se quo alios multos  
modo & habuisse & ha-  
bere meminerint. nec  
tum sui, tum superioris  
temporis, hominum vi-  
tam queant perspicere,  
quantis videlicet in cala-  
mitatibus & miseriarum  
cumulis & nunc agant, &  
olim permulti egerint.  
Quocirca, si ex historia  
nobis tradita repetamus,  
multos, amissis opibus,  
eam ob jacturam ipsos  
postea salvos evasisse,  
quum vel in latrones vel  
in

TRANQUILLIT. 377

in tyrannum eam ob rem  
potuissent incidere: mul-  
tos quoq; , quos maxima  
benevolentia prosequuti  
quondam fuerant , eos  
post maxime odisse : nec  
paucos à liberis & amicis  
charissimis fuisse inter-  
emptos: si etiam nostram  
vitam cum aliorum infe-  
liciore conferamus , ca-  
susque omnes humanos  
atque communes habea-  
mus ; vivemus tranquil-  
lius. Nec enim debet, qui  
homo sit, aliena mala, sed  
& sua ducere facilia, quū  
totam vitam multis vi-  
deat ærumnis refertam.  
At qui flect & ejulant,

A a s præ


378 DE ANIMI  
præterquam quod nec  
rem amissam, nec mor-  
tui vitam recuperant,  
animum pravis rebus  
multis circumdatum in  
maiores perturbationes  
impellunt. Quamobrem  
debemus omnibus mo-  
dis inveteratas maculas  
abluentes & repurgan-  
tes philosophica doctrina  
detergere. Id porro facie-  
mus, quum prudentiæ  
ac temperantiæ operam  
dabimus, & præsentem  
fortunam boni consule-  
mus, ac plura non appe-  
temus. Qui enim plurima  
coacervant, nunquam  
se post hanc vitam nus-  
quam

TRAN  
quam vic  
ventur  
non con  
que pra  
mor, & p  
vitaris o  
immodi  
betram

TRANQUILLIT. 379  
quam victuros animad-  
vertunt. Id quod quia  
non continget, bonis,  
quæ præsto sunt, frua-  
mur, & philosophicę gra-  
vitatis operâ, turpium  
immodica cupiditate li-  
beremur.

F I N I S.





S  
P  
E  
R  
A  
N  
Z  
A

